[178] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 52: *Limita tamen illa quae diximus de alienatione bonorum mobilium, quando minoris pater aliquam mercaturam, aut negotiationem cum bonis habere consuevisset, vel aliquod officium aut artificium cum illis bonis exercuerit pater, quod vult continuare minor, aut quia ei utile, aut praecissum est, aut quia ita illius pater mandavit, nam tunc non debet tutor bona mobilia vendere imo tenetur conservare illa, et continuare negotiationem, mercaturam, vel officium.*

[179] Furs 5.6.20; N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 53: *Si bona mobilia, aut semoventia legitime desiderat tutor, vel curator vendere, duo debet observare. Primum est quod in publica auctione, et licitatione plus danti, et offerenti vendantur, nam et si licitatio, et coeterae solemnitates, solum requirantur in venditione bonorum mobilium quae servando servari possunt. In nostra praxi admissum habemus quod omnia pupillaria bona mobilia, tam quae servando servari possunt, quam illa quae servando servari non possunt, vendantur in publica auctione, et licitatione plus danti. Et hoc non sine ratione fit, nam tutor, vel quilibet administrator, non potest vendere adhuc bona mobilia quae servando servari non possunt, nisi justo precio; et quando venduntur subhasta, intelliguntur vendita justo precio, nam probatum erit justo precio bona vendita fuisse, quando licitando non potuit aliud precium pro eis consequi, quam oblatum. Secundum est, quod de venditionibus istis in publica auctione factis, instrumentum conficiatur publicum; et quod venditiones vulgo Almonedes factae reperiantur, non est danda eis aliqua fides.*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

lorase si el precio había sido el más alto o el más justo; de no serlo, el tutor se veía obligado a reembolsar la diferencia, lo que evitaba un perjuicio para el menor[180].

[6] Descripción de los bienes

Se debía dar cuenta detallada de todos los bienes inscritos en el inventario, y de los que tuvo en su poder, de los incrementos y disminuciones, procediendo a su entrega al final de la administración, porque, de faltar alguno de los bienes, el tutor se veía obligado a su restitución[181].

[7] Rentabilizar el peculio

Tenían la obligación de rentabilizar el dinero del menor, de forma que no quedara estéril o improductivo[182]. Así, la tradición textual[183], la doctrina[184] y la jurisprudencia

---

[180] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 54: *Si autem mobilia bona administrationis non fuerint vendita a tutore,vel absque subhastatione, et incantu sine praesentia notarii vendita fuerint privatim, ut oneretur tutor de legitimo pretio, et aestimatione illorum in computis, debent praedicta bona inventariata aestimari, nam, et si multi velint quod illa bona quae oculis aestimatorum subjici non possunt, nequeant aestimari, et per consequens bona mobilia vendita, quae non extant, non possint aestimari a peritis, cum non vigeat peculiaris, ac individua illorum qualitas super qua de praesenti fimari possit eorundem valoris judicium. Tamen aestimantur in nostra praxi his in casibus, et solent aestimari bona mobilia, sive vendita reperiantur, sive non, et adhuc extent, et exhibeantur; si enim extant, recte poterunt aestimari, cum etiam si inveniantur deteriorata, possit aestimatio illorum fieri, non solum juxta valorum quem de praesenti habent, sed etiam juxta valorum quem habebant de praeterito, nam ex praesenti statu quem habent, poterit conjecturando dignosci, statum, et valorem quem habebant de praeterito. Si vero non extent bona, licet isti doctores non posse aestimari dicant absque mendatio, et falsitate, tamen quia potest dignosci similium bonorum valor, et conjecturari aestimatio, quam habere potuerunt, aestimantur per expertos aestimatores ad utilitatem minorum, idest illis preciis majoribus quae labere potuerunt in discursu temporis administrationis*.

[181] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 55: *Tenetur etiam tutor rationem reddere de omnibus in inventario conscriptis. Et si non constet tutorem restituisse integre omnia pupillaria bona in inventario descripta, et pariter reliquatum solvisse, nequit dici rationem reddidisse. Intellige tamen quod tutor solum tenetur rationem reddere de illis bonis pupillaribus, quae ad illius manus pervenerint, et de illis, et illorum proventibus, tenetur rationem reddere. Et quidquid fuerit de pecunia, vel re pupilli cum incrementis legitimis, et omne compendium, et incrementum ex pupilli, vel minoris pecunia perceptum reddere tenetur tutor. Si autem bona pupillaria ab adulto fuerint occupata, et non intraverint in tutoris posse, eximitur proculdubio tutor ab obligatione restituendi illa bona, et rationem de illis reddendi. Et si in rationum libello posuerit plus expensum pro anima testatoris, quam ipse mandaverit, non veniet in exitu admittendus excessus.*

[182] D. 26.7.15 (Paul. 2 *sent.*); C. 5.51.3; N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 56: *Debent etiam tutores, et curatores in computo onerari de interesse pecuniae pupillaris otiosae, nam tutores, et curatores pecuniam pupillarem, non debent habere sterilem, sed illam implicare, et collocare tenentur emendo bona immobilia, aut census.*

[183] D. 26.7.7 (Ulp. 35 *ad ed.*).

[184] F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 13, núm. 9: *Similiter si tutor pecuniam pupillo debitam, cum interesse exegerit, et in proprios usus conuerterit, vel otiosam habuerit, pupillo soluet interesse, non solum fortis, sed etiam interesse per eum a pupilli debitoribus exacti …tunc enim interesse exactum fortis vicefungitur, vel fungi debet*; *Decisio* 15. núm. 11: *Et ita fuit iudicatum, me referente, haeredem tutoris teneri soluere*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

nos recuerdan cómo, en la praxis, al tutor se le hacía responsable tanto de los intereses que el menor había dejado de percibir por no proceder a la venta de los bienes[185], como por la tardanza en el pago[186]. En idéntico sentido, si el tutor impedía el pago de una deuda, debía pagar los intereses de demora hasta su total satisfacción[187], sin que pudiera excusarse por su retardo[188].

En virtud de esta línea argumental, la doctrina del *mos italicus* tardío[189], y la valenciana en particular, sostuvo que el incumplimiento de esta obligación determinaba la responsabilidad del tutor por *culpa lata* o dolo cuando la cuantía era incierta, y por *culpa levis* o negligencia cuando era cierta[190].

---

interesse pecuniae, cuius tutor remansit debitor; *Decisio* 18. núm. 7: *Et credo propter hanc rationem absque ulla probatione damni emergentis, vel lucri cessantis, in Regno Valentiae tutores, et curatores condemnari ad soluendum interesse pupillare. Notorium enim est, eos facile posse pecuniam pupillarem, sive minorum collocare in emptione annuorum reddituum, sive carricare aliquod censuale*; C. Crespí De Valdaura, *Observationes*, *Observatio* 102, num. 11: *Tutor jure commui non potest habere pecuniam pupilli otiosam*.

185 F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 115, núm. 7: *iuxta cuius opinionem saepius iudicauit Regia Audientia Valentina condemnando tutores, vel curatores ad interesse pecuniae per suam negligentiam non exactae, tam ex nominibus debitorum minoris, quam ex redditibus bonorum tutelae, quam ex venditione bonorum mobilium, quae culpa tutoris, vel curatoris vendita non fuerunt*.

186 A.R.V. Sentencias de la Real Audiencia. Caja 113. Signatura 14348. *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus die 22 Aprilis 1636 inter Petrum Hieronymum del Campo, et Vicentiam Poloniam Balbas, et de Caldero: [...] usque in diem realis solutionis nec non etiam ad soluendum interesse ad dictum forum respective computatum omnium quantitatum per dictum curatorem in annis suae administrationis non exactarum et dicto Petro Gregorio del Campo debitarum in singulis omnis administrationis dictae curae usque in diem in quo constitit in processu exegisse illas dictum Petrum Gregorium vel in futurum constabit, in computum quarum omnium supradictarum quantitatum et interesse illarum accepto ferantur haeredi dicti Johannis Baptistae Caldero curatoris partite sequentes per dictos judices primitivi processus admissa in computum reliquatis et interesse quas solutas fuisse in anno 1606 et aliis sequentibus constat et in impugnationem illarum nihil per saepe nominatum Petrum Gregorium dictum nec praetensum fuit.*

187 P. Montanus, *Tractatus novus, de jure tutelarum et curationum: in quo universa tutelaris mater*, cit., Cap. 40, núm. 1: *Tutor, si quid erogaverit de propia pecunai in gerenda tutela, illam repetit cum usuris actione tutelae contraria*.

188 F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 18. núm. 5: *iuxta regionis consuetudinem, in Valentiae tamen Regno dispositio dictarum legum iurisconsultorum observatur, et tutores ad interesse pupillare condemnantur, nulla facta probatione damni emergentis, vel lucri cessantis ea ratione … attento et considerato communi usu, quo frequentissime tractatur emptio annuorum reddituum redimibilium est*.

189 P. Montanus, *Tractatus novus, de jure tutelarum et curationum: in quo universa tutelaris mater*, cit., Cap. 39, núm. 56: *Tutor tenetur de lata culpa, quando nomina debitorum ejus negligentia minus idonea esse ceperim*.

190 F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 115, núm. 8: *quod licet tutor teneatur de leui culpa, […] tamen in exigendis nominibus debitorum in haereditate defuncti repertorum, requiritur dolus, vel lata culpa […] et distinguit inter nomina debitorum, quae tutor inuenit tempore susceptae tutelae facta minus idonea, in quibus (si non fuerit exacta) probandum est per pupillum tempore susceptae tutelae debitores fuisse idoneos […] et inter nomina debitorum quae ipse tutor contraxit, quorum periculum ad eum spectat […] unde in eo requiritur diligentia, tam in illis contrahendis, quam in eis postea exigendis, qua non praestita per leuem seu latam culpam ipse tenebitur […] et in istis nominibus a se contractis tutor debet probare, nomen tunc contractum fuisse idoneum, et in contrahendo diligentiam adhibuisse […] pro ut regulariter dicens aliquem esse idoneum, et soluendo, tenetur hoc probare […] et ita in specie est text. notabilis in l[ege] qui sub conditione, quae est antepenultima de condit.*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

La obligación que recaía sobre el tutor de pagar los intereses que nacían por la inactividad de los bienes – *pecuniare otiosae* – únicamente quedaba limitada, *de iure*, cuando éstos eran escasos o de menor cuantía[191], y, *de foro*, cuando su importe no alcanzaba las cincuenta libras[192].

Finalmente, con relación al pago de los intereses, la doctrina fijó las siguientes reglas:

1. Como criterio general se mantuvo que el pago de los intereses no podía generar nuevos intereses[193].

2. Debían pagar los intereses no sólo durante la tutela, sino, incluso, una vez finalizada ésta, esto es, la obligación perduraba hasta que se hubiera satisfecho su pago – *usque ad diem realis solutionis*[194] –. Criterio que se exceptuaba si el tutor o el curador, para interrumpir el curso de los intereses, citaban a juicio al menor que ya había alcanzado la mayoría de edad, y así proceder a su percepción[195].

3 Finalizada la tutela, únicamente debía abonar los intereses comunes – *et non reinteresse*[196] –.

4. Para su cálculo, en el ámbito del *ius commune* se estableció las siguientes reglas: durante el primer año, los intereses surgían a partir de los seis meses de su gestión, en los que el tutor o el curador no habían administrado con diligencia los bienes, dejándolos "ociosos"; a partir del segundo año, cuando hubiera mediado un espacio de diez meses sin que realizara cobro o compra alguna[197].

---

[191] D. 26.7.5 (Ulp. 35 *ad ed.*); J. Gutiérrez, *Tractatus de tutelis*, cit., Lib. 9, Cap. 9, núm. 25: *Tutor, vel curator modicam pecuniam minoris non tenetur dare ad lucrum*.

[192] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 69: *In Regno admissum habemus, minimam summa esse, si pecunia pupillaris non attingat summam quinquaginta librarum pecuniae pupillaris otiosae, non tenetur solvere interesse pupillare. Solum ergo si accedat ad quinquaginta libras, tenetur interesse solvere.*

[193] F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 13, núm. 8: *Nec istis obstabis text. in l. fin. C. de usur. ubi usurae usurarum non debentur*.

[194] D. 26.7.7.15 (Ulp. 35 *ad ed.*); F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 13, núm. 12: *Curatores olim condemnabantur ad solvendum interesse, nedum usque ad diem maioris aetatis, sed etiam usque ad diem realis solutionis*.

[195] C. 5.51.4; D. 26.7.28.1 (Marcell. 8 *dig.*); J.J. Iranzo, *Praxis protestationum*, cit., Cap. 32, núm. 136*: Tutor tenetur protestari, quod ipse paratus existit reddere rationes, ut liberetur ab interesse debito pupillo*.

[196] F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 13, núm. 13: *Et ratio est, nam post adimpletam minorem aetatem, cessat favor minoris, et obligatio quam habet tutor collocandi pecuniam pupillarem, et sic cessat obligatio soluendi interesse quantitatis debitae ex usuris, et confirmatur dispositione*.

[197] D. 26.7.7.11 (Ulp. 35 *ad ed.*); N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 75: *Interesse pupillare computari, et calculari debet in rationibus administrationis, juxta pecuniam pupillarem otiosam, quam habuit tutor in sui posse, nam quamvis exegerit tutor pecunias pupillares, si tamen debita administrationis ex illis solverit, non debet ei calculati interesse, cum otiosas non habuerit pecunias. Idem erit dicendum, si bona pupilli sequestrata fuerint, aut pecuniae pupillares emparatae, vel alio legitimo modo, impeditus fuerit tutor praedictas collocare pecunias, nam non tenebitur ad interesse. De pecuniis autem liquidis, et otiosis, quas in sui posse tutor habuerit, debet computari interesse in primo anno suae administrationis, non pro toto integro anno,*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

En el Reino de Valencia, tanto para el primer año como para los restantes, al tutor se le otorgaba un período de seis meses para invertir y realizar los cobros oportunos, pasado éste, se le condenaba al pago de los intereses por el perjuicio ocasionado[198], con la salvedad de que este criterio se aplicaba únicamente con los bienes o con los cobros recientes, *non vero pro pecunia veteri*[199].

5. Su cuantía venía establecida, *de iure*, por el criterio judicial; pero, *de foro*, los intereses se computaban a razón de un sueldo por libra, o de quince denarios por libra[200].

[8] Prestamo de dinero

Con carácter general, el tutor o el curador tenían prohibido prestar dinero a cambio de obtener altos réditos o intereses[201], porque, de lo contrario, el riesgo de la operación corría a su cargo: si perdía, *cedit in detrimentum tutoris*, si obtenía ganancias, *cedit in beneficum minoris*[202]. Esta prescripción quedaba limitada bien cuando

---

sed solum pro sex mensibus. In caeteris annis, juxta juris regulas, pro decem mensium spatio, nam de jure dantur tutori, aut curatori in primo anno suae administrationis sex menses, ut pecunias pupillares possit in emptionem praediorum, aut censuum collocare. In caeteris vero singulis annis, duo menses dantur. Et intra hujusmodi tempus a lege datum ad implicandam pecuniam pupillatem, non tenetur tutor solvere interesse, neque de illo debet onerari.

198 N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 76: *In nostro Regno, juxta praxim inconcuse observatam, tam in primo administrationis anno, quam in caeteris annis, conceduntur, et dantur tutori, aut curatori, vel cuilibet alii administratori, sex menses ad collocandas, et implicandas pecunias pupillares. Unde in quolibet anno, non potest computari, neque computatur interesse tutoribus, nisi pro sex mensibus*.

199 F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 18. núm. 11: *Postea vero, considerato magno rigore, quo vexantur tutores, et curatores in hoc Regno in redditione suarum rationum, et quod multi depauperantur, visum fuit Regio Consilio dictum rigorem cum aequitate temperare, et partem minorem amplecti, sequendo dispositionem […] concedendo tutori vel curatori sex menses unoquoque anno pro nouis introitibus illius anni*.

200 F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 18. núm. 8: *Quale autem interesse, et a quo tempore illud soluere debeat tutor, aut curator, quaestionis est. Et circa quantitatem in hoc Regno non dubitatur, quia receptum fuit, ut solueretur Valentiae ad rationem unius pro quindecim, seu, ut vulgo dicitur, ad rationem sexdecim denariorum pro libra. Haec enim erat annua pensio annui redditus communiter*.

201 N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 59: *Operepretium erit inquirere, an possit tutor, aut curator pecuniam pupillarem otiosam ad cambium dare, vel negotiationem cum illa facere tradendo eam sub usuris mercatori: videtur enim posse hoc facere tutorem periculo administrationis pupillaris, quia non solum videtur permissum tutoribus, pecunias pupillares foenori dare,sed teneri praecisse mutuare illas sub usuris mercatoribus, et aliis fidis personis. Sed contrarium tenendum judico, nam tutor, et curator, independeter a voluntate testatoris, nequit pecunias pupillares ad cambium daris, neque mercatori sub usuris dare, vel negotiare cum illis, et si de facto haec fecerit, periculo suo faciet, et non administrationis pupillaris. Ratio est evidens, quia etsi jure antiquo potuerit tutor pecuniam pupillarem, et debuerit foenori dare. Hodie autem, non potest tutor pecuniam administrationis foenori dare, et si dederit, suo periculo faciet*.

202 N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 61: *Ex quibus infertur, quod si tutor ad cambium, vel aliam negotiationem dederit pecunias pupillares, et negotiatio optimum exitum non habuerit, et cambium amittatur, et pecuniae perierint, omne cedet in detrimentum proprium tutoris, qui negotium fecit, et tenebitur de proprio*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

el padre del menor realizaba – o consentía – estos negocios o actos cambiarios[203]; o bien porque venía prescrito por la autoridad judicial, en cuyos supuestos *absque periculo proprie substantiae, poterit illa conservare tutor*. Por esta razón, el tutor tenía la obligación de paralizar todas las operaciones o negocios cambiarios cuando accedía al cargo, invirtiendo el dinero del menor en la compra de bienes inmuebles o en otros bienes rentables y seguros[204].

[9] Recuperación por el menor de sus bienes

Siguiendo con este amplio catálogo de obligaciones y derechos, la literatura jurídica se planteó en qué momento podía recuperar sus bienes el menor que había alcanzado la mayoría de edad. En torno a esta cuestión, no siempre pacífica, los *doctores legum* distinguieron entre los bienes inmuebles y los muebles. Con relación a los primeros, se admitió sin reservas que éste podía recuperarlos *ipso iure* una vez finalizada la tutela, esto es, sin necesidad de que el tutor rendiera cuentas de su gestión, lo que impedía que pudiera retenerlos con el pretesto del cobro de unos créditos o por la compensación debida por su labor[205].

---

solvere pecunias, et interesse: si vero cambium, et negotiatio ex pecunia pupillari facta, tutum, et felicem habuerit exitum, omne lucrum, et interesse ex cambio, aut negotiatione, cedet in utilitatem pupilli, ex regula quod omne emolumentum, et incrementum, proveniens ex pecuniis aut rebus pupillaribus, est proprium pupilli, et tenetur de illo tutor rationem reddere.

[203] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 60: *Limita tamen doctrinam a nobis traditam, quando pater pupilli solebat depositiones pecuniae apud mercatorem probum facere, et illi sub aliquo contractu dare, nam si tutor pupilla rem pecuniam tali mercatori sub illo contractu dederit, et penes illum deposuerit etiam si talis mercator decoxerit non potest imputari tutori, nam propter bonitatem, et probitatem personae antea expertam, a juris communis regulis receditur.*

[204] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 62: *Infertur etiam, quod si tutor, tempore susceptae tutellae invenerit in patrimonio pupilli aliquam negotiationem, aut aliqua cambia, exigere tenetur cambia, et negotiationem extinguere, collocareque pecunias in emptionem praediorum, aut annuorum redditum. Nam cum hujusmodi cambia, nihil aliud sint quam nomina pupillaria, et idem sit negotiatio, tenetur ad exactionem, et exinctionem, nominum, et si non exegerit, et propter illius omissionem amittantur credita, tenebitur tutor de propriis ad solutionem pecuniae non exactae, et ad interesse. Quamvis enim debitor cambii, aut negotiationis, interesse solvat, dum capitale non restituit, et mens testatoris, qui cambia, aut negotiationem formavit sequatur, tamen tutor potest exigere hujusmodi credita, et non exigendo prorrogat terminum solutioni, quod nequit propria facere auctoritate, et si de facto faciat, et amitantur credita, periculo suo contingere debet, cum in termino prorrogationis id contingat, et nequeat tutor similes prorrogationes facere. Limitarem ego supra adducta duplici in casu. Primo si testator jusserit quod negotiatio conservaretur, aut cambia, nam tunc absque periculo propriae substantiae, poterit illa conservare tutor. Secundo si non propria auctoritate hoc faciat tutor, sed judicis interveniente decreto, ut ego practicavi in tutoribus Andreae Hernandez, quibus, judicis interveniente decreto, fuit data facultas, ut negotiationem in apotheca publica conservarent, quam habebat pupillorum pater.*

[205] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 96: *Non tenetur minor factus major expectate redditionem rationum tutellae, ut recuperet immobilia bona in administratione existentia, nam finita tutella, statim, et ipso jure recuperat illa, et debet possidere absque impedimento, nec sub praetextu crediti potest tutor retinere pupillaria*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

Con relación a los bienes muebles, si bien un sector de la doctrina admitó la posibilidad de su reclamación por la vía ejecutiva[206], la opinión mayoritaria sostuvo el criterio contrario[207]: con anterioridad a la rendición de cuentas, el tutor no estaba obligado a determinar ni los créditos, ni los cobros realizados o pendientes[208].

[10] Reclamación de los gastos o de las deudas

Finalmente, tanto los juristas tardo-medievales como la propia jurisprudencia admitían la presunción – *iuris tantum* – de que el tutor o el curador no debía reclamar ningún gasto o deuda, porque de éstos ya se habían resarcido durante su gestión[209]:

Criterio que sufrió dos claras limitaciones:

[a] Cuando, con anterioridad a la rendición de cuentas, el tutor solicitaba sus créditos mediante procedimiento ejecutivo[210].

[b] Cuando la madre era la tutora del hijo receptor de la herencia paterna. En este supuesto, podía reclamar tanto la dote, como su aumento o los intereses que generaba[211]. Regla que se excepcionaba cuando se podía comprobar cómo durante su

---

bona, sed prius obstringitur rationem suae administrationis reddere. Nec compensationem potest opponere tutore; J. Gutiérrez, *Tractatus de tutelis*, cit., Lib. 2, Cap. 9, núm. 51: *In dubio autem tutor, vel administrator bonorum praesumitur sibi satisfactus de credito suo*.

206 J. Cáncer, *Variarum resolutionum iuris caesarei, pontificii, et municipalis Principatus Cathaloniae*, cit., *Pars* 3, Cap. 15, núm. 314: *Et licet […] tutorem compelli, non expectata redditione generali rationum tutelae, ut reddat mobilia contenta in inventario*;.

207 N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 98: *Sed contrarium verius est, et sequi debet, nam opposito a tutore, quod rationes paratas habet, et vult illas reddere, non potest compelli ad restituendas bona mobilia inventariata, et haec est opinio in praxi communiter admissa*.

208 N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 99: *Ratio sententiae nostrae est certissima, quia tutor, aut curator, vel alius administrator, ante redditam rationem, non tenentur restituere bona mobilia, quae vendere tenebatur, cum ante redditam rationem, non possit dici debitor, ut contra illum agatur, neque creditor, ut agere possit. Quod indubitanter procedit quando non apparet tutorem, vel curatorem in officii sui ingressu aliqua accepisse pupillaria bona, aut pecunias, et in sui posse intrasse, nam nequit tunc intelligi debitor; secus esset si in ingressu, sui officii appareret aliquas summas, et alia bona pupillaria in tutoris posse intrasse, nam tunc praesumi debet debitor. Sed quod tutor praesumatur debitor, et conveniri possit a creditoribus pupillaribus, dum rationem non reddiderit*.

209 N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 100: *Ex quibus infertur, quod si tutor, vel curator, durante administratione tutellari, aliquas expenderit pecunias proprias in utilitatem minoris, et creditum habuerit in veritate, non poterit ante dispunctas rationes, se creditorem facere, et exigere quod vere ei debetur, nam tutor, vel curator contra minorem factum majorem, nequit agere petendo expensum in administratione, neque aliter potest peti quod expensum fuit, nisi dispunctis rationibus, et in reliquatu exigi poterit*.

210 N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 100: *Quamvis non ignorem antiquitus declaratum extisisse in Senatu, posse curatorem, virtute crediti, executionem juris facere ante redditam rationem contra minoris haeredem, executionem vero facti, minime, nisi postquam rationes tutellares reddiderit, ut sententia per Alreus*.

211 F.J. León, *Decisiones*, cit., *Decisio* 17, núm. 14: *In quarto, et ultimo dubio; an dictis minoribus competat retentio dotis, et augmenti ob creditum administrationibus tutelae, videbatur dicendum competere, ut disputando aliquibus rationibus relatis probat Scobar de ratiociniis*; núm. 15: *Quibus non obstantibus*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

administración el menor había entregado sumas o bienes suficientes a su madre, lo que permitía suponer que se le habían remitido en pago a su dote[212].

4.5. Procedimiento de reclamación

Una vez que el pupilo alcanzaba la mayoría de edad y la tutela finalizaba[213], si consideraba que en la rendición de cuentas se había procedido con dolo, fraude o error[214],

---

contrarium in occurenti casu fuit decisum […] Ergo debitum dotis non debet mutare naturam suam, quae est, ut non possit contra illud competere retentio propter tutelam assumptam, et hypothecam ex ea resultantem. Tertio, quia promissio redditionis rationis cum restitutione reliquorum, quae fit in tutela, non potest separari, nec aliqua certa quantitas, quae forte in inuentario esset apposita, potest de per se peti, sed in simul tota ratio reuideri debet. Ergo cum debitum tutelae, non sit liquidum, sed incertum, donec tutelae ratio integra non sit revisa, amittere non debet retentionem. Quia si daretur retentio, sequeretur absurdum, ut mater, retenta eius dote, viuere nequiret, et pro bono opere administratae tutelae lapidaretur. Quarto sequeretur inconveniens, ut pro parua summa, de qua forsan remaneret debitrix mater tempore redditionis tutelae, retentio fieret totius dotis. Et in dubio praesumendum est, matrem bona filiorum utiliter atque fideliter, durante tutela, administrasse, stante zelo, et charitate materna erga filios. Et quod non competat retentio dotis, ex causa tutele […] Et hac ratione moti fuerunt doctores, et contrarium tenuerunt: quae cessat in nostro Regno, quia mater, et avia, quando in testamento relinquuntur tutrices filiorum, vel nepotum suorum, non obligant expresse bona sua, nec renuntiant Velleiano, et ali legum auxilio.

[212] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 101: *Ego pro vera resolutione judico, quod si appareat in posse matris tutricis intrasse magnam summam pecuniae pupillaris, aut bonorum mobilium preciosorum, et non appareat erogasse illa in administrationem tutellarem, quia ex pecunia, et precio bonorum potuit de dote solvi, intelligi debet in hoc casu soluta de dote, et dabitur minori retentio dotis; si vero in promptu non appareat, in posse matris tutricis extitisse pecunias pupillares, aut bona sufficientia ad dotis satisfactionem, vel dubium sit, vel appareat erogata fuisse in administrationem, non dabitur retentio dotis minoris, sed exactio competet matri*.

[213] J. Cáncer, *Variarum resolutionum iuris caesarei, pontificii, et municipalis Principatus Cathaloniae*, cit., Lib. 3, Cap. 15, núm. 318: *Ex adverso autem, etiam si appareret, quod tutellae administratione durante, introierint in tutoris, vel curatoris posse aliquae summae pupillares, quas fasus fuit tutor penes ipsum esse, non poterit agi executive pro illis, neque datur actio ante redditas rationes contra tutorem, ad hoc ut illas restituat, quia solum procedi contra illum potest, ut rationes reddat, et non ad aliud compellitur tutor, quam ad reliquatum solvendum, dispunctis rationibus*.

[214] J. Gutiérrez, *Tractatus de tutelis*, cit., Lib. 3, Cap. 1, núm. 114: *Et quidem prima pars affirmativa videtur iuridica, quia tutor vel curator, aliusve administrator, qui semel reddidit rationem suae administrationis, non tenetur iterum illam reddere […] Imo si non fuisset facta deliberatio, obligatus esset liberans ad faciendam ipsam liberationem de facto*; N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 109: *Semel dispunctis legitime rationibus administrationis tutellaris, iterum non debent revideri, neque reiterari, et tutor, aut curator, vel alius administrator qui semel rationem reddidit, non est amplius cogendus ad reddendam rationem. Limita regulam istam, si rationes dispunctae fuerint fraude, dolo, vel metu, vel si in illarum dispunctione error intervenerit, nam iterum, examinandae erunt, adhuc in casu quod in calculo adhibitae fuerint renunciationes, et poenae contra eos qui rationibus contradixerint. Et quod semel dispunctis rationibus administrationis tutellaris, iterum revideri non debeant, nec compelli tutor, ut illas det, nisi de errore, fraude, vel dolo appareat. Declara tamen quod si partes remanserunt quaerellantes, et discordes, tempore redditae rationis, iterum poterunt peti […] Et multo minus tenebitur, neque poterit cogi tutor, vel curator, reddita semel administrationis ratione, ad illam iterum reddendam, si libros rationum, et instrumenta in prima computi definitione tradiderit minori facto majori, aut illius haeredi, prout debet, et moris est, nam cum sine libris,*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

podía interponer un procedimiento ordinario[215] o sumario – según los reinos – contra el tutor que estaba al frente de su patrimonio[216], no así contra el cotutor que se hallaba exento de gestión, ni contra los garantes[217], salvo que éstos, con posterioridad, se hubieran insmiscuido en el patrimonio[218]; proceso en el que se le permitía la interposición de pruebas testificales – *non obstante summaritate causae*[219] –.

Por regla general, el procedimiento era instruido por los jueces contadores[220]. Si su número era superior a tres miembros, en el supuesto de discordancia de pareceres, prevalecía la opinión mayoritaria; si eran dos, y no tenían un criterio unívoco, cada uno plasmaba sus motivos por escrito, y concluía aprobando – lo que determinaba la condena en costas del pupilo[221] – o reprobando la gestión reali-

---

et instrumentis nequeat ratio reddi. Non poterit cogi tutor, ut absque libris, et instrumentis, iterum rationes reddat. Et in casu quo, propter errorem, aut fraudem, compellatur tutor iterunt rationis reddere, si qui petit rationem, libros habet, et instrumenta ratiocinii in sui posse, prius restituere illa tenetur.

[215] J. Gutiérrez, *Tractatus de tutelis*, cit., Lib. 3, Cap. 1, núm. 53: *Instrumentum in quo tutor promisit reddere rationem cum solutione reliquorum non habet exequtionem paratam, sed via ordinaria id petendum est, et offeri debet rationis redditio*.

[216] Reclamación que no procedía cuando el tutor hubiese obrado con diligencia. J. Gutiérrez, *Tractatus de tutelis*, cit., Lib. 3, Cap. 1, núm. 22: *Advertere etiam libet, quod omne illud quod legitime fecerit tutor in administratione bonorum pupillarium, non relinquit obligatum illum nomine suo proprio; ac proinde si sententia fuerit lata contra tutorem, non poterit ei praejudicium inferre, quoad bona, aut jura propria. Neque sententia contra tutorem obtenta, poterit finita tutella contra illum exequi.*

[217] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 113: *Demum adverte, quod si sententia ratiocinii tutellae, solum fuerit obtenta contra tutorem, et processus ratiocinii cum tutore solo fuerit actitatus, non poterit exequi contra contutores qui non administrarunt, neque contra fidejussores tutellae, neque poterunt contutores, vel fidejussores compelli ad solvendum reliquatu contentum in sententia ratiocinii, neque virtute sententiae agi poterit contra fidejussores, imo ut isti compellantur ad reliquatum solvendum, debet suscipi ratiocinii judicium a principio, non solum cum citatione fidejussorum*.

[218] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 114: *Limita tamen supra tradita, si fidejussor subintraverit merita sententiae, et admissus fuerit ad impugnandam illam, nam habita consideratione illarum quae deduxit in impugnatione, poterit contra fidejussorem absque novo processu exequi.*

[219] J. Gutiérrez, *Tractatus de tutelis*, cit., Lib. 3, Cap. 1, núm. 53: *Hujusmodi ratiocinii causae administrationis tutellae, et curae, de jure ordinariae sunt. In nostra praxi vero tractari debent summarie, quia ita stabilitum extat in foro 17 rub. de restitut. minor. Et quia in causis summariis, non reperitur prohibitum, quod testibus probetur ab actore, vel reo illud quod expedierit; imo in praedictis causis summariis, debet dari locus ad testes producendos. Poterit in causis ratiocinii tutellae, et curae, testibus probari, quod oportuerit actori, vel reo, et ideo in nostra praxi solent testes produci in hujusmodi causis, tam ab actore, quam a reo, et datur locus ad testium receptionem, non obstante summaritate causae*.

[220] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 95: *Similiter quamvis tutores, aut curatores, et alii administratores non teneantur reddere administrationis rationem, nisi in loco ubi administrarunt. Tamen iniciata computi causa coram judicibus calculatoribus, evocatur in prima instantia, in nostra praxi, absque haesitatione, vel ad Curiam Gerentis vices Generalis Gubernatoris, vel ad Regium Senatum, licet juxta juris regulas, similes causae non nisi ex justa, et gravi causa evocandae sunt*.

[221] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 106: *Et quod semper condemnetur in expensis minor factus major, aut*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

zada[222]. Ambas sentencias eran publicadas por el escribano de la corte[223], pudiendo ser objeto de apelación por la parte perjudicada, recurso que, por lo general, era admitido en la praxis jurídica[224].

Al igual que en las sentencias arbitrales o en los juicios para la división de la herencia[225], una vez la sentencia se hallaba registrada[226], de su ejecución se encargaba el juez ordinario[227].

---

illius haeres petens rationem, ne tutori officium sit damnosum; et adhuc quod magis est, si tutor appellaverit a sententia ratiocinii tutellae, et obtinuerit meliorationem sententiae, debet in judicio appellationis condemnari in expensis minor, etiam si illi fuerit debitor ex administratione curator […].

[222] En la misma se tipificaba la cuantía de su salario. Cfr. N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 105: *Si calculatores judices concordaverint, unica fertur sententia condemnatoria, aut absolutoria, in qua admittuntur, vel negliguntur parcellae in calculo positae in discursu omnium annorum administrationis, et juxta praxim Regni, datur eis salarium sententiae ad rationem octo denariorum pro qualibet libra, sed non potest excedere salarium metas quinquaginta librarum, nam etsi judicibus subdelegatis a judicibus habentibus salarium de publico, non debeatur salarium, juxta foro 55 rubr. de curia et bajulo. Tamen praedictis calculatoribus, et computatoribus datis, sive subdelegatis, juxta eundem forum, debetur salarium, et pro mercede advocati proponentis scripturam ratiocinii solvitur una libra pro quolibet folio, eodem modo ac si fuerit resolutoria testium et hujusmodi mercedis partita uti justa admittitur semper in calculo, ad cujus solutionem, et ad omnis expensi in ratiocinii causa condemnatur semper minor factus major, aut illius haeres cui rationes dantur, ex trita illa regula; quod officium tutoris non debet ei esse damnosum.*

[223] G. Suárez De Paz, *Praxis*, Tom. 2, Pars 5, Cap. 3, núm. 3: *Appellatio ab interlocutoria in omnibus instantiis, et in utroque foro sublata est*; N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 104: *Deveniendo ad sententiam judicum calculatorum in ratiocinii causa, observandum est, quod si calculatores judices plures fuerint, videlicet tres, et in sententia discentiant, praevalet sententia quae ab eorum majori parte statuitur. Si vero fuerint duo, et discordent, quilibet debet proferre sententiam suam, et debent duae diversae sententiae ferri, una a quolibet ex judicibus calculatoribus.*

[224] Suelves, Lib. 2, *Consilia, Consilum* 3, núm. 5: *A sententia supradicta in causa ratiocinii lata, potest appellari, et admitti debet appellatio quoad utrumque effectum, quia non reperitur prohibita, et semper venit admittenda*; F. Salgado De Somoza, *Tractatus de regia protectione vi oppressorum appellantium a causis et judicibus ecclesiasticis*, Lugduni, 1669, *Pars* 1, Cap. *Praeludio* 3 a núm. 81.

[225] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 111: *Idem practicatur, et observatur in Regno in sententiis arbitrorum, et judicum divissorum, et partitorum in judicio familiae erciscundae, et communi dividundo, nam illorum sententiae, ab ordinariis judicibus exequi debent.*

[226] N. Bas y Galcerán, *Theatrum jurisprudentiae forensis Valentinae, romanorum iuri mirifici accomodatae*, cit., *Pars* 1, Cap. 43, núm. 112: *Quae quidem reclamatio, in actis continuatur, sed non injungitur, neque notificatur, ut latius suo in loco tradam. Retroclamo autem facto, ut mandatum executorium expediri possit, debet sententia ratiocinii, aut arbitrorum, vel judicum divisorum, registrari in illa curia ubi exequi debet, et absque eo quod registretur, non conceditur in nostra praxi praeceptum executivum; facto vero retroclamo, et registrata sententia, expeditur executorium.*

[227] L. Matheu y Sanz, *Tractatus*, cit., Lib. 3, Cap. 12, Tit. 1, núm. 12: *Judici ordinario per Forum concessa est potestas exequendi*; Tit. 2, num. 5*: Est enim reclam sive reclamatio secunda querela, vel instantia actoris, qui virtute primae obtinuit sententiam pro se mediante qua, executioni deduci postulat condemnantionem.*

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105

https://doi.org/10.55104/FRDC_0105